



## Conclusionum Forensium

## EXERCITATIO XL.

Ad Tit. 2. Lib. XX. Digest.

De

## Legali Hypotheca.

Respondente

VALENTINO VOIT von Salzburg.

Eq. Franc.

## CONCLUSIO I.

**D**Otaliam quidem bona, pro administratione principum, fisco obligata esse, dubium habet nullum: (a) Sed, de bonis uxoris paraphernalibus, non idem dicendum. (b)

a) l. 4. C. in quib. caus. pign. tac. contr.

b) l. 1. C. d. priv. fisc. ubi Brunn.

## II.

Fiscus, in omnibus subditorum bonis, tacitam habet, ratione tributorum hypothecam, cum jure prælationis; (a) etiam quoad extraordinaria. (b)

a) l. 1. C. in quib. caus. pign. tac. l. 1. C. si propter publ. pensit. Carpzov. Jpr. For. p. 1. c. 28. d. 47. Brunnem. ad d. l. 1. Mæv. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 12. n. 5.

b) arg. l. 8. ff. d. publ. in rem act. l. 1. C. si propter publ. pensit. Carpzov. d. l. def. 48. lib. 4. Resp. 77.

## III.

Hypotheca, quam fiscus habet in bonis ejus, qui contraxit cum eo, quoad bona futura est privilegiaria, ita ut in illis etiam anterioribus creditoribus præferatur.